



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

1 Ni certis causis mœcham bene ducit adulter.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

Ex premisso manifeste colligitur, quod pro incerto a certu recedendum non est: nec in re dubia, certa danda est sententia. Cuius autem fides dubia rei, nisi testium approbatione, vel legitima confessione iudici fieri non valeat, testes autem auctoritate Calixti Papae a de alio casu vel negotio testimonium dicere non valent, nisi de his, quae sub eorum praesentia facta noscuntur, apparet clandestina conjugia ideo esse prohibita, quia cum alter eorum conjugalem affectum se ad alterum habuisse negare voluerit, legitimi probationibus convinci non poterit, quibus deficientibus, iudicis sententia rite absoluta, reatum adulterii uterque incurrit, dum utroque eorum in veniente aliu se copulaverit b.

CAUSA XXXI.

Mortem cuiusdam alius consumpavit: eo mortuo, adulter adulteram sibi in uxorem accepit: filiam ex ea susceptam eandem in conjugem se datum iuravit: illa assensum non prebuit: deinde pater aliam tradidit: a primo repugnavit.

- 1. Quartum an possit duci in conjugium, quae prius est polluta per adulteram.
- 2. Secundo, an filia in vita sit tradenda alicui.
- 3. Tertio, an post patris sponsionem illa possit nubere alii.

QVAESTIO I.

Adulterio polluta prohibetur duci in conjugium, auctoritate Leonis Papae, quae dicitur.

C. I. ¶ Adulterio polluta non ducatur ab eodem in matrimonium.

Nullus e ducat in matrimonium, quam prius pollutavit adulterio.

C. II. ¶ Licet alicui ducere in matrimonium, quam prius pollutavit adulterio. Sed Augustinus e contra refutatur, scribens ad Valerium de nuptiis, & concupiscentia, lib. 1. cap. 10.

Denique a mortuo viro, cum quo verum connubium fuit, fieri i potest conjugium, cum quo praecessit adulterium. Item in libro de bono conjugali, c. 14. ¶ Possit sane fieri nuptias ex personis male junctis, honesto placito postea consequente, manifestum est.

¶ Fieri potest conjugium] In editionibus operum B. Augustini, & uno Vaticano codice, unoq, item Gratiani exemplari legitur, fieri verum connubium non potest. In duobus vero Vaticanis recentioribus ejusdem libri abest negatio.

Hac ultima auctoritas Augustini de connubio loquitur, perhibens concubinam posse transire ad honestum placitum nuptiarum. Prima auctoritas Augustini loquitur de repudiata, quam, dum vivente viro suo quocumque ducit in conjugium, committit adulterium: casus adulterii aliquam habet remissionem, dum ejus copula creditur esse licita. ¶ Illud vero Leonis Papae de ea intelligendum est, quae a viro suo non erat repudiata, cuius vir vobat vir, reddens ei conjugale debitum.

C. III. ¶ Nullus ducat in conjugium, quam pollutavit prius per adulterium.

Unde in concilio apud Althum habito praesente Conrado Rege statutum est, cap. 6.

Illud e vero communi decreto, secundum canonum institutionem definitum & praedictam, ut si quis cum uxore alterius eo vivente fornicatus fuerit, mortuente marito, synodali iudicio aditus ei claudatur illicitus, ne

a 2. Quae. 7. testes. b vide const. novam synodi Trad. sess. 74. in decr. de for. matrim. c. 1. c. Sent. 4. dist. 35. d. Sent. ibid. l. 100 p. 8. c. 10. Pamm. l. 6. c. 45. e. In Tribur. cap. 31. Burch. l. 9. c. 74. l. 100 p. 8. l. 21. Pamm. l. 7. c. 10.

ulterius ei conjugatur matrimonio, quam prius pollutavit adulterio. Nolumus enim, nec Christianae religioni convenit, ut illis ducatur in conjugium, quam prius pollutavit per adulterium.

Hic subaudiendum est, nisi prius per acta poenitentiae, & si sit in morte, vii machinatus fuerit: vel si vivente viro fidem adultera non dedit, se sumpturum eam sibi in conjugem, si viro ejus superiret.

C. IV. ¶ Post mortem viro non potest adulteram in conjugium ducere, qui viro vivente iuramentum sibi futurarum nuptiarum praebuit.

Unde in concilio Triburiensi legitur.

Relatum a est auribus sanctorum sacerdotum quendam alterius uxorem supro violasse, & insuper moecha vivente viro suo, iuramentum dedisse, ut post legitimi mariti mortem, si supervixisset duceret uxorem, quod & factum est. Tale ergo connubium prohibemus & anathematizamus.

¶ Huius capituli sententia quidem est in canone 40. concilii Triburiensis, quod exat. Sed cum Burchardus hoc citet ex cap. 3. videtur alterius esse, quod desideratur.

C. V. ¶ Post peractam poenitentiam poterit viduato in conjugem ducere, quam viro vivente per adulterium pollutavit.

Item in eodem b.

Si quis e vivente marito conjugem illius adulterat, & deo in proximo defuncto, eandem sumptu se dinoscitur, omnimodis publica poenitentia subicitur d. De quo etiam post poenitentiam praefatam, si expedit, servabitur regula: nisi forte vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse notetur, aut propinquitas, vel alia quilibet actio criminalis impediatur. Quod si probatum fuerit, sine ulla spe conjugii maneat perpetuo cum poenitentia.

¶ Burchardus & Ivo citant ex concilio Meldensi, ca. 65. ubi habetur. In Decretalibus vero tit. de eo, qui dux. m. n. e. quam pol. per adul. c. cum haberet. Clemens vii. hoc ipsum citat ex concilio Triburiensi, ut Gratianus & Panormia.

¶ Praefatam] In Meldensi legitur, praefata, ut videtur regula iam ibi tradita, c. 65. & citatur infra 36. q. 2. si autem.

C. VI. PALEA.

[Item ex concilio apud Vermerias.]

Si qua e mulier in morte mariti sui cum alio condo occiderit, si probare potest ille vir eam rem esse consilii, potest (ut nobis videtur) ipsam uxorem dimittere, & si si voluerit aliam ducere. Ipsa autem infideli poenitentiae subiecta absque spe conjugii maneat.

¶ Hae palea est in multis vetustis exemplaribus, in quibus palea esse non solent. Citatur autem ex concilio apud Vermerias, etiam in excerptis decretorum monasterii B. Trudonis, & apud Burchardum & Ivoem: quamvis in Decret. tit. de divor. c. prima, errorum vulgati codicibus sit; Ex concilio apud Vormaciam. Quod quidem in titulo huius palea legebatur, ex concilio Elibertano apud Vermerias. In dulla vero est dictio, Elibertano, quae spectat ad sequens capitulum. Palearum enim interpretatio sepe in vero in titulo occasione huiusmodi erroribus dedit.

¶ Et si voluerit aliam ducere] Absque hac ab Ivoem In Decretalibus autem legitur, potest ipse post mortem uxoris, si voluerit, aliam ducere.

a Sent. 4. dist. 35. Burch. lib. 9. cap. 66. l. 100 p. 8. c. 102. Pamm. l. 6. cap. 9. b In Meldensi, cap. 69. c Burch. l. 9. c. 65. l. 100 p. 8. c. 102. Pamm. l. 9. c. 112. d al. subligatur. e extra, de divor. l. 1. l. 100 p. 8. c. 109.



C. VII. ¶ Post penitentiam reconciliatur ad communionem vidua, quæ maritum suum in vitium accepit.

Item ex concilio Eliberitano, c. 72.

¶ Si qua fuerit vidua moechata, & postea eundem habuerit maritum, post quinquennium tempus acta legitima penitentia placuit eam ad communionem i reconciliari.

¶ [Ad communionem] In variis exemplaribus huius concilii non impressi, quàm manuscriptis legitur, communioni reconciliari.

1 ps. Sed obicitur. a David cum Bethsabee adulterium commisit, & mortem Uriæ machinatus est: & tamen eandem Bethsabee postea duxit in uxorem. Sed in b veteri testamento nulla veniuntur propter infirmitatem, quæ in Evangelio c perfessione eliminata sunt: sicut permissum quibuslibet dare liberos repudiis, ne per odium fundere sanguinem innocuum. Quod postea in Evangelio Dominus prohibuit, dicens uxorem à viro non esse dimittendam, nisi causa fornicationis. Quædam permittuntur causa infirmitatis, & sacramenti futurorum: sicut d Dominus in missi filii Israel offerre animalia sibi in sacrificium, quæ in Egypto confecerant inuolare dæmonibus, malens ea sibi offerri, quàm ad eos: & ut essent illi sacramenta futurorum. Sic & Bethsabee permissa est dux in uxorem, non magis causa sue infirmitatis, quàm significatio futurorum. Sed est alia ratio, quæ nec de postea huiusmodi non possit. Generaliter enim prohibentur omnes maiores frequenter matrimonium contrahere. Unde in uxoribus secundarum nuptiarum Presbyteri interesse non debent.

C. VIII. ¶ Fides & conversatio penitentium breuiat eorum, qui frequenter ducunt uxores.

Sicut in Neocaesariensi concilio, c. 3. & 7. legitur.

¶ De his, qui frequenter uxores ducunt, & de his, quæ lapsus nubant, tempus quidem penitentia his mandatum constitutum est, sed conversatio & fides eorum tempus abbreviat. ¶ Presbyterum verò conuivio i secundarum nuptiarum interesse non debere; maxime 2 quæ præcipitur secundis nuptiis penitentiam tribuere, quæ erit Presbyter, qui propter conuivium illis consentiat nuptiis?

¶ [Conuivio] In uiginti erat, conuivio. Emendatum est in uiginti, & originali ipso. Græce est, μετ' ἑαυτῶν.

¶ [Maxime cum] Locus hic græci sic habet, ἐπεὶ ἡσθ' ἀποστολῆς τὸ δὲ δὲ τῶν, τὸ ἵσθαι ὁ πρεσβύτερος τὸ εἶναι τὸ ἵσθαι τὸ ἐν τῶν τοῖς γαμοῖς. id est, Non penitentiam petente bigamo, quis erit Presbyter, qui hoc ipso, quod interest conuivio, nuptiis consentiat?

C. IX. ¶ Secundam ueritatis rationem fornicari conuincitur, qui secundam duxit uxorem.

Item Ioannes Chrysostomus, [id est, auctor operis imperfecti in Matth. homilia 32.]

¶ Hæc ratione & Apostoli præceperunt f secundas nuptias propter incontinentiam hominum. Nam secundam quidem accipere secundum præceptum Apostoli g est, secundum ueritatis autem rationem, uerè i fornicatio est. Sed dum permittente Deo puellæ i licenter committitur, fit honesta fornicatio. Propterea bene dixit, quia Moyses h hoc permittit, non præcepit. Aliud est enim præcipere, aliud permittere. Quod 2 enim permittimus, nolentes præcipimus, quia

a 2 Reg. 1. b Deut. 24. c Matth. 19. d Lev. 9. e 4. Tim. 4. f 1. Cor. 7. g Rom. 7. h 1. Tim. 4. i 1. Cor. 7. k 1. Tim. 4. l 1. Tim. 4. m 1. Tim. 4. n 1. Tim. 4. o 1. Tim. 4. p 1. Tim. 4. q 1. Tim. 4. r 1. Tim. 4. s 1. Tim. 4. t 1. Tim. 4. u 1. Tim. 4. v 1. Tim. 4. w 1. Tim. 4. x 1. Tim. 4. y 1. Tim. 4. z 1. Tim. 4.

malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus.

1 ¶ [Verè fornicatio] Longè cautius loquitur uerè Ioannes Chrysostomus cum alibi, tunc postquam in epistola ad uiduam iuniorum, de non iterando conjugio, quæ nuper Romæ est impressa, negat, secundum matrimonium fornicationem esse.

2 ¶ [Quod enim permittimus] Sic est in glossa ordinaria ad cap. 3. Matthæ, in uer. libellum repudii. Sed in homilia citata hoc modo. Quod enim præcipimus, semper placet, quod autem permittimus, nolentes præcipimus. a

C. X. ¶ Ut uideatur periculum fornicationis, secunda matrimonii conceduntur.

Item Hieronymus contra Iovinianum, lib. 1.

¶ Quomodo uirginibus ob fornicationis periculum conceditur nuptias, & excusabile facit, quod per se non appetitur, ita ob eandem fornicationem uitandam concedit uiduis secunda matrimonia. Melius est enim, licet alterum & tertium, unum uirum nosse, quàm plurimos, id est, tolerabilius est uni homini profuturam esse, quàm multis. Siquidem & illa in Evangelio b Ioannis Samaritana sextum se maritum habere dicens, arguitur à Domino, quòd non sit uir ejus: ubi enim numerus maritorum est, ibi uir, qui proprie unus est, esse desit. Vna c costa à principio in unam uxorem uersa est [& erunt, inquit, duo in carnem unam] non tres, neque quatuor, alioquin jam non duo, sed plures. Primus d Lamech sanguinarius & homicida unam carnem in duas diuisit uxores; fratricidium & digamiam eadem cataclysmi delevit poena: de altero septies, de altero septuagies septies vindicatum est. Quantum distas in numero, tantum & in crimine. Quàm sancta sit digamia, hinc ostenditur, quòd digamus in clerum eligi non potest: & ideò Apostolus e ad Timotheum [Vidua, inquit, eligatur non minor sexaginta annorum, quæ fuerit unius uiri uxor.] Hoc omne præceptum de his est uiduis, quæ ecclesiæ pascuntur elemosynis: & ideò etas præscribitur, ut illæ tantum accipiant pauperum cibos, quæ jam laborare non possunt. Simulque considera, quòd quæ duos habuit viros, etiam si anus est, & decrepita, & egens, ecclesiæ stipēs non meretur accipere: si autem panis illi tollitur elemosynæ, quantò magis ille panis, qui de caelo descendit, quem f qui indignè comederit, reus erit uolati corporis & sanguinis Christi? Quamquam hæc testimonia, quæ supra posui, in quibus uiduis conceditur, ut si uelint, denuò nubant, quidam interpretantur super his uiduis, quas amissis maritis sic inuenerit fides Christi.

3 ps. Verum hoc eum in exhortationem uidualis continentie, non in condemnationem secundarum, & deinceps nuptiarum putamus dixisse, quia multorum auctoritatibus constat licitas esse, ut ex uerbis eiusdem datur intelligi. Alii enim ad Paternachium in Apologetico contra Iovinianum.

C. XI. ¶ Nec duas, nec tres, nec deinceps nuptie sunt condemnandæ.

¶ Periant g, quæso, aures obiectatores mei, & uideant me secundas & tertias nuptias concessisse in Domino. Qui secundas & tertias non damnauit, primum potui damnare matrimonium? Item ibidem. ¶ Non damno digamos, imò nec trigamos, & si dici potest, octogamos. Item ibidem. ¶ Ego etiam nunc libera uoce proclamo, non damnari in ecclesia digamiam, imò nec trigamiam; & ita licere quinto, & sexto, & ultra, quomodo & secundo marito nubere.

a al. permittimus. b Ioan. 4. c Gen. 2. d Gen. 9. e 1. Tim. 5. f 1. Cor. 11. g Sem. 4. dist. 42. l. 1. p. 8. c. 270. Pann. l. 6. c. 62.

968
pollit
pollit
si sit in
dem adul
o quæ su
m. que
per uxor
post legi
torem.
libemus
naili Tri
cap. 3. vi
interfice
sumptu
subiecta
ram i. si
u mulier
propria
ant. Quod
ant per
ep. uili bo
non pol. per
concilio Tri
indulgent
em.
illis con
fend en
esse con
tente,
trix pe
quibus pa
erim etiam
urbardum
corruptem
m. Ant
libertano
ano, qui
tio spen
de ab Thom
u uxore,
Pann. l. 6.
p. 8. c. 270.
c. d. Euseb.
C. VII